medicina nutriret̃ nõ tam̃ ex hoc ꝺcludere licz ipsũ eẽ
cibũ ꝛc̃·His premissis p̃mus mod᷒ rñdẽdi ad q̃situm ẽ
Marsilij de sancta sophia· Primo premittit q̃ nutri
catio est sil᷑atio nutrimẽti ad nutritũ colli^r hoc p̃° uirtu
tuz nãliũ·vi·ca°·ꝛ p̃ma p̃mi doctrina·vi·de uirtutibus
Secũdo premittit pfectaz sil᷑atõz nutrictis ad nutri
tuz nõ solũ attẽdẽdaz esse ex parte substantialis forme
sed ẽt accñtiũ põt colligi locis ꝓallegatis Premittit
tertio q̃ dupliciter põt intelligi aliqõ nutrire posse·p̃°
in quantitate ꝺgrua uel conuenienti ad restaurandũ ꝺ
ꝑditũ· Z° in quantitate longe minori·exẽpla patent·
Penes hoc sit hec p̃^A ꝺ°·uenenũ ꝛ medicina uenenо
sa ꝛ corruptia põt ita paucificari·ul᷑ in tã pua quantita
te corpori ap᷑priari·ut nutriat·ꝓbat·sic põt in tã modi

ca q̃titate exhiberi. ut uirt⁹ nutritiua illud excedit ⁊ sufficiat transmutare ⁊ mẽbris assi⁹lare. igit̃ ꝛc̃. p⁹ᵃ ⁊ pʳ aᵐ p unũ arᵐ tactũ añ oppoᵐ. Et ex hoc sequit̃ q̃ ñ est necesse aĩal nutritũ ex re uenenosa esse uenenosũ. hᵒ ꝓz de gallis ⁊ gallinis ꝯmedentib⁹ serpentes. ⁊ qz si nutrit̃ uincit uel saltẽ uincere pōt in tm̃ ut ab ipo ñ notabiliter transmutet̃. Zᵃ ꝯᵒ. uenenũ in quãtitate debita exhibitũ ad restaurandũ ñ pōt nutrire illã ꝯclonem intellexit Auic. 2ᵃ ꝑmi doc. 2ᵃ allegato ca. ⁊ sic de ꝑᵒᵒ rñdendi. Secundᵘ modᵘ collectus a Dino est iste. Prima distictō. duplex est uenenũ quoddã a qualitate manifesta. qddã a forma specifica opatiuũ. exᵐ ꝑmi sic opiũ. mandragora. exᵐ sc̃di. sic multoꝝ aĩaliũ uenena. colligit̃ hec distinctio sexta quarti ca. 2ᵒ. Zᵃ distinctio est q̃ operatiuũ a qualitate manifesta aliqñ est calz aliqñ est frigidũ. Exẽplũ ꝑmi sic arsenicũ cu forbiũ. exᵐ sc̃di ut opiũ ꝛc̃. Tertia distinctio est. q̃ frozũ quedã sunt ĩ mõ substantie mẽbris buãni corpis disꝯueniẽtia ut ceruſa. ⁊ plura alia. ⁊ argentũ uiuũ. iuxta ponentes ipm frm. ⁊ quedã sunt ꝯueniẽtia corpori humano ĩ mõ subẽ. ut plante plures ut mandragora. ⁊ poma cius.

Quarta distinctio duplex ẽ nutricatio. ſ. pfecta qua fit pfecta assimilatio nutrientis ad nutritũ tam in subã q̃ in dispõnib⁹ accñtibus. eꝫ uero ipfecta. Pria ꝯᵒ. ipoſe ẽ uenenũ a fõma specifica bois corruptiuũ boiez nutrire. pz qz inter qõlz nutritũ ⁊ nutribile est ꝯuenientia in specifica forma. sed inter nullm uenenũ bois cõruptiuũ ⁊ boiem est sil'itᵘ uel ꝯuenientia in forma specifica. sed penit⁹ discõuenientia ⁊ ꝺrietas. igitur ꝛc. pz ꝯña cuz añte. Itẽ qz iste ñ est bõ ut supra. Itẽ rõ uene ni rõni nutrimenti ꝺriat̃. igit̃ ꝛc. pzᵃ cũ añte. Istam conclusionẽ ⁊ arᵃ intellexit Auer. in tractatu de tyriaca

Correlariuz. puella nõ uere nutriebat̃ uenenoſ. sed ĩ ea huiditates infecte erant a quibus eleuabant̃ corrupti uapores inficientes uiros q secũ cõmiscebãtur. coniungebãtur enim plures cum ea pp eius pulcritudinẽ nimiã. Secũda ꝯᵒ ipossibile ẽ uenenũ calidũ nutrire corp⁹. pz qz oẽ tale aut ẽ iflãmatiuũ. aut adustiuuz. aut putrefactiuũ. aut corrosiuũ ꝛc̃. sz nullũ tale pōt nutrire ꝓbat̃ qz oz ipm corrigi a calore nr̃o. sz sicut caloz magis ipzimit ita tale uenenuz efficit̃ deteri⁹. ut pz igr ꝛc. illaz sensit Gali. tertio de simplici medicina dictione q̃rta ꝑmo ca. Tertia ꝯclusio. uenena frigida ex toto ĩ mõ subẽ mẽbris humani corpis discõueniẽtia nõ pñt nutrire. nõ enĩ appet quõ possz un⁹ lapis ꝓduci ad hoc ut nutriat. Quarta ꝯclo Ex uenena frigido ĩ modo subẽ aliquo mõ ꝯueniẽte ꝛc. possibſe ẽ ĩ q̃ntitate parua corp⁹ nutriri qz tale rõne modi subẽ ẽ aptũ reduci ad benignũ ⁊ ei⁹ q̃litatẽ manifestã uincere pōt caloz Dicit tm̃ hec positio q̃ hec nutricatio ẽ ipfecta. Illas tres cõclusiones ultimas uisus ẽ galien⁹ itellexisse allegato ca.

Tertiᵘ modᵘ rñdendi ꝑmittit aliq̃s suppõnes. ꝑma ẽ q̃ animal uenenosuz pōt fieri nõ uenenosuz ex sola nutrimẽti pmutatiõe. ⁊ ecõtrario. ꝑma ps suppõnis colligit̃ sexto de accñti caᵒ. ꝑmo ꝺ arboze trãsplãtato de pside ĩ egiptũ q̃ ĩ perside erat uenenosa ⁊ ĩ egipto facta ẽ nutritiua. ⁊ qua rõne possibile fuit hoc de arbore uidet̃ er de aĩali aliquo. nõ. n. appet uniᵘ maioz repugnãtia q̃ alteriᵘ. Et ex hoc segt 2ᵃ ps sic̃. n. a. uenenositate pōt aliqd remoueri ad nõ uenenositatẽ ita eᵒ. Ex ista suppõne segt̃ secũda. q̃ nõ repugnat ĩ duob⁹ idiuiduis eiꝺẽ spẽi repiri diuersas ymo ꝯtrarias specificas formas pz de arbore trãsplantata. q̃ruz una hz ꝯueniẽtiã occultaz. alia discõuenientiã ad humanã speciẽ. Et ex hac sequit̃ secũda. ps. sicut eiz a uenenositate pōt aliqd moueri ad nõ uenenositatẽ ita ecõtra. Tertia suppõ est q̃ ꝓ paulatinã assuefactionẽ efficit̃ aliq̃ dispõ corpi nãlis uel saltẽ stans ĩ termis nãlib⁹ q̃ si subito ĩ corpe ꝓducet̃ eẽt sibi mortifera pz satis de pmutatiõe regimis cõ plonis ꝯsuetudis. si enĩ corp⁹ idi fiat tale. sicut corpus sclaui. aut ifirmabit̃. aut moriet̃ ut pz in. xxviij. pticula ꝓbleumatũ ꝑmo ꝓbleumate ubi dicit de ꝺyonisio quẽ ebriũ phũs uolebat ad tẽpiem reducere subito ⁊ tunc ille ifirmabat̃. donec rediuit ad pstinaz ebrietatem.

Prima ꝯclo q̃ uenenũ taz calidũ q̃ frigidũ q̃ etiã a forma specifica corruptiuũ pōt nutrire ꝓbat̃ ꝑmo non repugnat ĩ aliqᵒ boie ꝓpetatẽ occultã repiri p qꝫ alijs ẽ uenenũ ẽ cib⁹ eidẽ. pzᵃ ⁊ añs ꝓbat̃. qz fung⁹ aut aleũ exñs alicui cib⁹ ẽ mihi uenenũ. igit̃ ꝛc̃. ex quo seua prozducit accidẽtia. ⁊ nõ merito q̃litatis manifeste. erit hoc merito occulte ꝓpetatis q̃ formã specificã appello ⁊ q̃ rõne sic ẽ de. Jacobo de forliuio respectu allei. sic pōt eẽ de alio respectu napelli igit̃ ꝛc̃. Contra segt̃ q̃ napellus nõ agit a tota subã ꝛc̃. negat̃ ꝯña ad uerũ ĩtellectum. nisi. ſ. iungat̃ accñtalis ꝓpetas hñs ꝓhibẽ occultã. Zᵒ pōt psuaderi ꝯᵒ q̃ poſe ẽ dispõem. Sortis penit⁹ mortiferã ꝑ paulatinã assuefactionẽ fieri sorti ꝯnãlẽ. tã poſe uꝫ eẽ hoc de uenenosa dispõne. sed ꝑmum est possibile ꝑ 2ᵃᵐ suppõem. igitur ꝛc̃. pz ꝯña ⁊ assumpᵐ similiter itelligenti. Ex q̃ segt̃ possibile fuisse puellã uenenonutri i. sicut testãt̃ autores. Sequitur sc̃o poſe est boiem eẽ uenenosũ ut puellã illã. ita q̃ uere in mẽbris eiꝰ est subiectiue uenenositas sicut in serpente. ⁊ q̃ ipa possit alios uenenare. signet̃. n. tota latitudo uenenositatis napelli q̃ sit quatuõ graduũ. ⁊ pz q̃ ad quẽlibet istoz quã pono ñ sensibilz ꝑmutare humanũ corꝰ pōt assuefieri ita. ut tandẽ totã illã uenenositatis ipssionẽ sine nocumento substineat. Ex q̃ pz ulteriᵘ q̃ nõ repugnat ex generatione aliquẽ talẽ repiri ymaginãdo aliquẽ sic infectũ cũ aliqua talz infecta coire. ⁊ emitti ſma uenenosũ ⁊ mestruũ uenenosũ. Contra appositionẽ arᵗ sic. ex illa segt̃. q̃ corᵖ tpatũ p paulatinã alterationẽ posset calefieri in quarto. stante illo continue in latitudine sanitatis. Argu⁹ t̃ ꝯña. qz ñ plus sanitati ⁊ uite repugnat ꝓpetas occulta talis in quarto. q̃ manifesta qualitas talis in quarto. sed ad occultã ꝓpetatẽ potest corᵖ tpatũ pꝛ mutari talẽ in quarto. puta dispõem uenenosã. igit̃ ⁊ ad manifestã. q̃ ſ ꝯcedit̃ ꝺ. ex hoc segtur poſe eẽ boiem fieri caliozẽ leone. serpente. ⁊ sic de alijs. ⁊ sic minus lata eẽt equalitas ꝑmi mõi. Pro isto ꝺr̃ ꝯcedendo. q̃ ad caliditatẽ q̃ est talis in quarto pōt tpatus pmutari. lz ñ ad quãlibet. sicut ñ ad quãlz ꝓpetatẽ occultã talẽ in quarto. quartᵘ. n. gradᵘ tã occulte ꝓpetatis q̃ manifeste magnã hz latitudinẽ. cuiᵘ plures sunt gradus. cũ quoꝝ nullo staret uita. Ad istã ꝯclusionẽ pōt adduci alia ꝓbatio. qz ñ repugnat q̃ in eodẽ sit rõ cibi ⁊ uenenositatis. ⁊ q̃ p accñtalẽ ⁊ occultã ꝓpetatẽ in eo a medicina bezahartica positã corrũpat ⁊ destruat uenenositatẽ. igit̃ ꝛc̃ sicut pz de carne ꝑpentis artificialz ꝑpata. ⁊ de rege mitridate legit̃ in hystoziis romanoꝝ. de quo ẽt loquit̃ Franciscus petrarcha laurcatus in epistolis. que sunt in carmibus. qui rex ñ potuit mozi ex uenena. Et sup hec arᵃ tu poteris fundaꝛ duas suppõnes. ꝑma q̃ p usũ medicine tyriacalis pōt ĩ mẽbris ꝓpetas corruptia ueneni derelinqui. 2ᵃ q̃ ñ repugnat in eodẽ sitᵘ repiri potentiã ueneni ⁊ cibi. ut i cibo uenenoſo. q tandẽ expoliatur uenenositate sua. ⁊ postea ꝓcede ꝑm hoc ꝛc̃. Ad arᵃ pz rñsio. Ad ꝑᵐ ꝺr̃ q̃ ꝓbat ueritatẽ. Ad 2ᵐ similiter ⁊ ȝᵐ. Ad quartũ ꝺr̃ q̃ ñ ois medicina solutiua est uenenosa. ut cassia ꝛc̃. Ad arᵃ ẽt post oppᵐ pz. ad ꝑᵐ negat̃ q̃ uenenũ ñ pōt opari a mã. opatur. n a forma ut uenenũ. opatur aũt a mã. ut ĩ se hz potentiã nutritiuã hec aũt potẽtie simul pñt esse. ut patuit in qõne. Ad aliud ꝺr̃ q̃ ꝑ potentiã nutritiuaz

hz ꝺuenientiã. ⁊ ꝑ potentiã uenesosã hz disconueniẽtiã ut est de aliquib⁹ cibis nutritiuis ⁊ solutiuis. g in quã tum solutiui repugnant. ĩq̃m nutritiui ꝺueniunt ⁊c. potest poni duplex ꝺ°. una de fozma specifica. alia de maĩ festa qualitate. ⁊ ꝓbo illud de manifesta qualitate ꝑ ea dem media. ⁊ ꝑ strictura uiaz. ut in turdo in stomacho cuius diutius mozatur napellus. q̃ in sto° huãno. Jtẽ hõ habz uias latiozes. ⁊ de hoc dicit Aui. sexta quarti ⁊ de succo lactuce potato tertio ō simplici medicĩa di stinctione q̃rta ꝑmo ca°. Jsta q̃stio disputata fuit ferra rie ⁊ posite fuerũt iste suppositões ⁊ ꝺclusiões. Pri ma suppositio ꝑ assiduũ vsũ medicine tyriacalis acgri ⁊ iprimi põt in mẽbris hũani corpozis aliq̃ ꝓprietas venenoz expulsiua ⁊ ipsoz ipssionis ꝓhibitiua. Se cũda. ꝺtĩgẽs est simul ĩ codẽ reperiri virtutẽ venenosã ⁊ cibalẽ Cõclusio ẽ. ex aliq̃ veneno ẽt a fozma specifi ca cozruptiua possibile ẽ cozpⁱ humanũ nutriri. Cõ relariũ. ñ oĩs serpẽs venenosⁱ homni ẽ necessario vene nosus cuilibz homini Correlariũ secũdũ possibile fuit puellã nutritã fuisse napello. Correlariũ ꝫtiũ. ñ qõlibet nãliẽ venenosũ a q̃libet nõ venenoso est specifice essen tialiẽ distictũ. ⁊ sic finiẽ ista questio ⁊c.

Ueriẽ sup eodẽ cõmẽto vtrũ sanguis vl'alius humor putrescẽs possit ad benignum reduci Arguiẽ multiplicĩ ꝙ nõ. Primo qa a ꝓuatõe ĩ habitũ ipossibilis est regressⁱ. sz putrefactõ ẽ ꝓuatio benignitatis igiẽ ⁊c. pz ꝺña ⁊ minor. ⁊ maior est phĩ ĩ post ꝓdicamẽtis. Secũdo si sic ⁊c. sequereẽ ꝙ ñ ĩ cuiuslibz febzis putride cura cẽt habẽda tziplex ĩtẽtio. s. digestionis. euacuatõis. ⁊ alterationis. ꝺñs est falsus ⁊ ꝺtra Salie. tertio tegni. ⁊ ꝺña ꝓbatur ponẽdo a. humorem putriduz ad benignum reducibilez faceẽ febrẽ ⁊ ꝙ ꝑ digestionem debeat. a. reduci ad benignuz ⁊ pz ꝙ nunq̃ erit intentio euacuãdi. a. quia nec ante di gestionẽ. a. nec post. igiẽ ⁊c. ꝙ nõ ante. patet qa nõ erit tunc digesta materia. qꝫ ẽt ñ post. qa tunc erit humor simpliciẽ benignⁱ ⁊ nãlis. nõ idicãs de sua euacuatione sz retẽtione ⁊ ꝺseruatõe ⁊c. Tertio sequiẽ. ꝙ nõ que libz febris putrida salubris hz q̃tuor tẽpora. ꝺñs ẽ fal sus ⁊ generaliẽ ꝺtra omnes doc. ⁊ ꝺña ꝓbaẽ qa ĩ casu ꝓcedẽtis arguñti. se. dependens ab. a. nõ habebit qua tuoz tpa ꝙ arguiẽ qa ĩ statu febris h̄ erit pfecte curata igitur ⁊c. pz ꝺña ⁊ asq̃m qa tunc totaliẽ est causa febris s. putredo remota igitur ⁊c. Quarto tũc foret aliqs morbⁱ salubris post cuiⁱ statuz nõ sequeretur declĩa tio. ⁊ sic carens declĩatione qa post statuz febris iaz dic te unn q̃ erit febris. igitur nunq̃ erit declinatio febris

Quinto ad principale arguitur. q̃libet materia que est. causa ꝺiũcta febris. est maioris malitie q̃ aliqua q̃ est causa antecedens febrem. sz causam antecedentez fe bris non sufficit virtus ad benignum reducere simpli citer. igitur nũq̃ sufficit ad benignũ reducere aliq̃ cau sam ꝺiunctaz ⁊ ꝑ ꝺñs nũq̃ humorez actualiter putre scentez. tota ꝺña. est nõ ⁊ pz maioz. qa maioris gradus malitie semp vẽ materia putrescens q̃ solum pata pu trescere. cuiusmõi est causa añs. ⁊ minoz satis patet. in ĩ terpollatis enim q̃ ꝑ crisim termiantur expellitur ⁊ ex pulsioni ꝓparatur mã q̃ erat cã ãtecedens febris igiẽ ⁊c. Ad oppositum uideẽ galienⁱ ĩ ꝺmento ad ꝙstionẽ. ꝓmo ꝓmittã nõbilia q̃dã. ⁊ distinctionẽ. se. ꝺponã ꝺcl'ones ō q̃sito Quãtũ ad ꝓmũ sit h̄ ꝓma disti ctio ꝙ in humore putrescẽte duplicez imaginari possu mⁱ benignitatẽ acquiri. una est benignitas simpl'z dicta ꝑ quã efficiẽ hũoz simpl'z nãliṽ. ita ut a uirtute mbroz nutritiua possit in substãtiã mbroz ꝺuerti ⁊ eis assimi lari. alia est benignitas secũdũ quid q̃ hũoz nõ efficitur simpl'z nãlis ⁊ nature cõueniẽs. sz solũ acgrit ꝺispõez ꝑ quã est obediẽs uirtuti expulsiue mbroz. ⁊ notũ ẽ ꝙ cũ benignitate ista stat hũoriṽ ꝓternãlitaṽ. q̃. s. hũoz hic ĩ dicat de sua expulsione. Jn ꝓposito aũt est sermo de benignitate ꝓmo mõ. s. simpl'z dicta. nulli enĩ duⁿ ẽ hu morẽ putridũ acgrere posse benignitatẽ secũdo mõ dictã. Secũda distictio que colligiẽ ex dictis Sali. ĩ cõmẽto preallegato. ꝙ in hũore putrescẽte dupliceꝫ pos sumⁱ imagĩari gradũ putredis. unũ. s. debilẽ ⁊ remissũ aliuz uero fozte ⁊ intẽsũ. Et per gradũ remissuz ⁊c. itelli gimⁱ illũ qui repiẽ ĩ materia. qñ ĩ ea modico tpz proces sit putrefactio. ita ut nõduz sit huidũ ml'tũ extraneatũ nec adhuc a cẽtro usqz ad circunferẽtiã deductuz. sed soluz in eo aliqua ꝓcessit ebulitio parua. graduz autẽ intẽsuz putredis ecõtra intelligⁱm quãdo ĩ ipo hũore ml'tuz ꝓcessit putrefactio. ita ut sit iaz huiduz ualde ex traneatuz ⁊ sit iaz forᴬ substãtialis hũoris corrupta ul' in statim corrumpi. Nota tñ ꝙ hⁱmodi gradⁱ intẽ sus putredis habet latitudinẽ quia quidã est supmus ⁊ est ille quo reddiẽ humoz uirtuti totaliter rebellis. ita ut nullã actionẽ uirtutis ad benignuz simpl'z aut scõuz quid recipiat. sicut humoz faciẽs cãcrenã refũgit omnẽ uirtutis actionẽ ad melⁱ ꝓducẽtẽ. Alẽ nõ ẽ mediocris ⁊ est ille per quẽ quãuis humoz refugiat actionez nãe qua ipe possit reduci ad benignuz simpliciter recipit tã rõe nẽ q̃ possit reduci ad benigᵐ fᵐ quid. qz. s. ꝓparari ad expulsionẽ. Tertia distictio seᵗ ex dictis ꝙ qñqꝫ in humore putrescente habetuz ĩtentio solⁱ alteratiois ⁊ nõ euacuatiois. s. qñ humoz ẽ putridⁱ remisso gradu putredinis. qñqꝫ alteratõis ⁊ euacuatiõis ut qñ est pu tridus intenso gradu putredis. Tunc sit ꝓma ꝺ° ꝙ humoz putrescens supmo gradu putredis nõ est ad be nignuz simpliciter uel secunduz quid reducibilis pz ex quid noĩs gradⁱ supmi suprapositi. Scõa ꝺ° est ꝙ huõz putrescens mediocri gradu malitie uel putredis nõ est ad benignuz simpliciter. sz soluz ad benignuz fᵐ quid reducibilis. pz ex gd noĩs gradⁱ mediocris supra positi. Tertia ꝺ° seᵗ ꝙ huõz putridⁱ reisso gradu pu tredis ẽ ad benignuz simpliciter reducibilis. pz qz ex q̃ gradⁱ hⁱ malitie reissus est illum pot uirtⁱ abiẽ. ⁊ ma xime si fuerit fõtis. Ex ista ꝺ° ne seᵗ ꝙ ñ semp in eⁱ qꝫ febris putride cura necesse est habere intentiones iam dictas patet qz habetuz qñqꝫ intentio solⁱ altera tiois. qñqꝫ solⁱ euacuatoĩs ut oñsũ est. Jnfero scõo ꝙ non q̃libz res ꝑternãm indicat de sui remotione. hu moz enĩ remisse putridⁱ est huⁱ i ᵗ ⁊c. Quarta ꝺ° seᵗ ꝙ possibile est aliquã febrez putridã salubrẽ careẽ statu ⁊ augñto. pz qz possibile est aliquã febrẽ putridã ꝺpẽdentẽ ab huõre reisse putrido careẽ hoza ꝟsibilis maiozatiõis accidẽtiuz. aut ultimate coz post sensibilẽ maiozationẽ igᵗ ⁊c. pzᴬ ⁊ añs itelligẽti. Ex qua ꝺclu sione pz ꝙ nõ necessario glz mozbⁱ salubzis hz q̃tuoz tempa. Quĩta ꝺclusio si ponatur hanc febrez hre q̃ tuor tpa dicⁱ tunc esse ꝓnᵐ. qñ mã ĩcipit ebulire ⁊ ad cor putridaz fuliginez mittẽ aliquaz. tunc est augñtũ qñ sensibiliẽ maiozabiᵗ q̃titas hoz fumoz ad cor cue nientiuz. tunc est statⁱ qñ sensibiliẽ maiozabitur q̃titas hoz fumoz ad cor cuenientiuz. tunc est statⁱ. qñ ultima biẽ hoz fumoz quãtitas sz tunc erit declinatio. qñ ici pit ꝟtus hãc mãz digerere ⁊ reittere ĩ hoc huõre calo rez putredinalem. ꝓhibendo exhalationez huiusmodi humoz ⁊ uapoz eleuationẽ. pz qz nõ az q̃liẽ alz quo ad accidẽtia pñt ĩ hoc distĩgui tẽpoza morbi. Ex qua ꝺ clusione segᵗ ꝓmo ꝙ ĩ aliqua febze salubzi ꝓncipiũ quo ad digõnez mẽ ⁊ declinatio quo ad accidẽtia pzo parte coincidũt. Segᵗ secũdo ꝙ statⁱ digõnis ĩ aliq̃ febre nul li tẽpozi morbi penes accidẽtia. distictos coĩcabit pz si miliẽ cũ status iste sit extra febrẽ. Sequiẽ tertio ali

quã ec̃ febrẽ putridã salubrẽ·cui nõ pñt cozrñdere nisi tria tẽpora distincta pcessione ẽ vtutis i mã ⁊ infinita quasi alia his similia pñt ꝯcludi ⁊c̃· Ad argumita ad ꝑmũ dr̃·q ꝑuatio actus ⁊ aptitudis ẽ illa a qua i habi tũ ipossibilis ẽ regressus·ꝑuatio tñ actus nõ ẽ hᵒ i lz eiz somnᵒ nãlis sit ꝑuatio uigilie nõ tñ segr̃ q a somno illo nõ sit possibilis reddit ad uigiliã qz ibi ẽ aptitudinal reddit lz nõ actualis ⁊ hoc nisi aliũ aduenias Ad fz dr̃ ꝯcedẽdo ꝯñs ⁊ ꝯñaz·Et ꝓ autozitate Halie·dr̃ q intelligit i febzibᵒ putridis ul i mozbis i gbus ẽ gradus putredis i mã mediocris·ul dicẽdũ q cnarant oẽs itẽ tiões q̃ pñt haberi i febzibᵒ·lz nõ i q̃libz sit necesse habere istas oẽs ut pz· Ad tertiũ dr̃ ꝯcedẽdo·fz tñ illũ nõ sepe ꝯtingit· Ad quartũ dr̃ q i mozbo salubzi sẽp pᵒ statũ accñtiũ se acc̃m declinatio ñ tñ necessario pᵒ situz digõnis segr̃ declinatio ut tactũ ẽ i qõne· Ad qn tuz dr̃ negãdo añs absolute stat enĩ q cã añs maiozis malitie sit ⁊ hoc q̃tuz ad resistere·uñ duplicit dr̃ aliqs humoz altero maiozis malitie ut pz de itentiõe Aui·3ª ꝑmi ca·3°·Et ideo dico q q̃tuz ad agere ul posse agere humoz q ẽ cã ꝯiuncta ẽ maiozis malitie q̃ cã añs·stat tñ q̃tuz ad resistẽduz q cã añs sit maiozis malitie·sic humoz q patus ẽ facere cancrenã·negãdũ ẽ igit añs qz alt qñ poterit cozrigẽ ꝯiunctã nã qñ nõ poterit cozrigere añtez ul sic qõ duplicit põt dici humoz maioziſ malitie ul actu ul aptitudie.Et iuxta hoc dico q actu cã ꝯiuncta ẽ maioris malitie cũ quo tñ stat q aptitudie cã añs sit deterior pono exm de sozte ⁊ pla·quoz unᵒ ex inclinatione nãli malᵒ c̃·actu nõ malus Alter vo ex iclinatione nãli bonᵒ·actu aũt malᵒ Alij rndent negãdo maiorẽ ⁊ ad ꝓbationẽ dr̃ ẽt negãdo q sp mã exñs sub actu putredis sit deteriozis dispõnis q̃ para a putrescere·

Alii aũt dicunt q stat q sup aliquã ptẽ aliqualiter putridã sit uirtᵒ potentioz q̃ supza cãm añtẽ q̃ euacuat.dicunt ẽt q aliquã ptẽ cãe añtis nã põt ad benignuz reducere ñ plus dicunt·⁊ est resolutio mundini ⁊c̃·

Orum que nutriuntur copiose ⁊ uelociter:ueloces secessus fiunt.

Conclusio affo·est hec· Cozpoz que uelociter siue cito ⁊ copiose nutriunt·secessus siue supfluitatũ expulsiones cito fiunt·ꝓ sic.supfluitatũ expulsio dz ꝓpoztionari nutricationi·igit nutricatõe uelociexñte uelox est supfluitatũ eductio·pzª ⁊ am·ꝓ qz nutricatõ est sicut finis expulsiue uel expulsionis supfluitatũ·sz sp finis dz eẽ ꝓpoztionatus ozdinatis ad finẽ igit ⁊c̃·

Et ex ista elicit alia ipplicita 2°·s·q cõpoz tarde nutritoz tarde fiunt supfluitatũ expulsiones·Similis sententia colligit in cõmento pulsuũ ibi·Vinũ fm alia ⁊c̃· ⁊·iz·tertij tractatu·3°·ca·de tarditate digõnis· ⁊ est utilis in actu pzratico ad oñdũ que uelor ⁊ que tarde cozpoza nutriunt·⁊ ãpliat ad oia cozpoza saltẽ sana· Ampliat ẽt ñ solũ ad nutricatõem sed ẽt ad quãlz digõem·

Primo nota hic reperiri duplitem lram·s·nutriunt ⁊ nutriunt·nutriunt·s·alimentoz·nutriunt·s· cozpozũ.

Z° nota nutricatõem eẽ ꝯuersionẽ nutrimenti in subãm nutriti factã ab aĩa mediante caloze nãli cui ꝯuersioni subseruit digestiua attractiua·retẽtiua·⁊ expulsiua ut supza declaratũ est ꝑma hᵒ ꝯmẽtc·xxii· Et colligit ꝑmo uirtutũ nãliũ·⁊ ꝑma ꝑmi doc·vi·ca.ij· Ex quo pz q supfluitatũ expulsio nutricationi subseruit ⁊ ꝓpoztionat.Simlz ẽt qz inter has uirtutes ⁊ opationes subseruientes nutricatõni ꝓncipalioz est digestiua·iõ nutricatione uelociexñte uelox necessario erit digõ que immediate ꝑpat ei·Non aũt põt fieri digõ· nisi sepet iuuatiuũ a supfluo.iõ si tunc digõ uelox est·tunc uelox ẽ supfluitatũ sepatio·⁊ ñter expulsio si ñ adsunt ipedimẽta·⁊ ex hoc pz cã urcificãs affo Tertio nota·ut supza nutriens est triplex·futuz quasi ⁊ actu nutriens·quibᵒ oĩbᵒ distincte supfluitates cozrñdent·⁊ de oĩbᵒ uez est qõ dr̃ Quarto nota nutrimentũ qõdã ẽ multi ⁊ copiosi nutrimenti·qõdã pauci·qõdã uelocis·qõdã tardi· Unde qõdã dr̃ multũ nutrire·qõdã paz·qõdã uelociẽ Illud copiose ul multũ dr̃ nutrire qõ aptũ est fm plurimas eius ptes ꝯuerti i subãm aliti·ecõtra fm paucas

Ex quo pz·q ex cibo multum nutricte pauce sepãtur supfluitates ⁊ ex paz nutriente sepant multe.

Uelociter aũt nutrit illud qõ ingrediens ⁊c̃· in bze ui tpz transmutat·econtra aũt tarde· Ex quo patet possibile esse aliquod reperiri multi ⁊ uelocis nutrimẽti pauci ⁊ uelocis tardi· ⁊ multi tardi ⁊ pauci·ut uidebit in cõmento· Quinto nota per secessum pzimo i telligere possumus superfluitatũ pzime digestionis ex pulsionem·secundo cuiuscunqz digõnis superfluitatis euacuationẽ·⁊ de oibus uerus est affo·⁊ dicit secedere quasi scozsũ cedẽ· Sexto nota copiositatẽ ⁊ uelocitatẽ nutricatioĩs posse cõphẽdi ꝑmo ex parte cõporis secũdo cibi·cõporis tã ꝑori q̃ a posteriori·A ꝑori qdẽ ex etate nãli·cõplõnc·carnositate·ꝑpinguatione cõporis a posteriori ex cita fortificatiõe pulsus post cibationez ut cõmtator i cõmto cita resũptiõe ueloci ul tardo reditu famis ⁊ sic de alijs· Ex parte uõ cibi ex q̃litate maifesta·occulta qualitate·mollicie·liquiditate etiam delectabilitate ut pz· Septio nõ ad ueritatẽ affo·oz cetera eẽ paria tã ex pte ciboz q̃ cõpoz·ubi enĩ nõ ita fuẽit ñ oz affo·eẽ uez hic cadũt q̃dã leues dubitatiões·

Trũ affo·sit uerus quãtũ ad utrãqz lram·Et arguit q nõ ꝑmo sic·q̃tũ ad secũdã lraz·cazo cerui ⁊ etiã panis furfurace facũt uelocẽ se ecssus ⁊ tam ñ uelociter nutriũt cũ sint dure ⁊ difficilis digõnis igit ⁊c̃·ꝯña nota ⁊ aſm q̃tũ ad illud qõ dr̃ de carne cerui habeẽ ab Aui·secũdo cano·ca·de carnib.

Z° q̃m ad ꝑmã lram pol e est aliquẽ hẽre digiuã foztẽ·⁊ tñ actũ expulsiue ipediri igit ⁊c̃·ꝯña nota ⁊ am pz· ꝑmo de boĩe hñte uentrẽ stipticũ·2° de hñte renes de biles a mala opl one sra cũ foztitudine digestiue epis.

Tertio de hñte degiuã mẽbzoz foztẽ cũ pozoz cutl ãgustia· Jn ꝑmo·n·tardat emissio egõnũ q̃tũcunqz copiose ⁊ uelociter nutriat·Jn 2°·emissio urine tardatur·ut pz·⁊ in tertio tardat expulsio supfluitatũ tertie digõnis· Ad oppom ẽ affo·ꝑmo nota ad hoc ut affo·sit uerus q̃m ad 2ªm lram·regrit q sit paritas in ꝑpation ciboz·q cozpozi exhibenẽ fm nãz taliũ ciboz. posset·n·cibus tardioris nutrimenti taliter ꝑpari q uelocius nutrirct ⁊ uelociozes fierẽt secessus·ubi·n.cetera sẽ paria·in hoc uelotioꝛes sunt secessus ciboz uelociᵒ nutrientiũ· Z° nota q ẽt oz q ñ sit dispitas in alia ꝓpetate cibo associata cuiusmõi fozet uirtᵒ solutiua uel aliqõ sil e·ubi·n·sic fozet ñ cẽt uerᵒ affo· Tertio nõ·q̃tũ ad 2ªm lram ꝑ ueritate affo·oz cetera eẽ paria q̃tuz ad mẽbza expulsionis ⁊ uirtutẽ expulsiuã coz·qz ñ pls ipediat expulsiua in uno q̃ in alio nec plus excitet nisi fm q uelotius aut tardius sequestrat nociuiũ a iuuatiuo de nutrimento Conclusio affo·est uera cũ istis cõditionibᵒ aliter ñ· Ad arª pz solutio.

Trũ uiscositas nutrimenti retardet secessum q ñ·ꝑmo autozitate Hal·2° alimentoz· Z° coĩter in clisteribᵒ ponit oleũ qõ est uiscosuz ⁊ bzodia pinguia dant ad ꝓuocandũ secessũ oppom ponit cõmentatoz· Nota q uiscositas nutrimenti ẽ duplex·quedã est ꝯiuncte grossitiei substantie ⁊ quedam subtilitati·⁊ est sicut unctuositas·⁊ ꝑma ipedit siue retardat secessũ·secunda uero adiuuat Ad argumta pz pz solutio·qz hic intelligitur de ꝑmis uiscosis cũ gbᵒ ẽ multa terreitas ⁊c̃·

Cutoꝝ morboꝝ nō omīo certe ꝑnū
ciationes neqꝫ ſanita tis neqꝫ moꝛtiꝫ
ꝯcl̄o affo. eſt iſta ꝓnoſticatiōes ſalutis ꝛ etiaꝫ
mōtis moꝛboꝝ auctoꝝ ñ ſūt omīo certe. ꝓbaī ſic mā
facies moꝛbos acutos ē plurimū ſeeūdū eiꝰ malitiā va
riabilis ꝛ de loco ad locū ſcꝫ ō mēbro ad mēbruꝫ mo
bilis igiī. ꝛc. ꝯña vī nō. Si enī diſpō cāe aq̄ pēdet moꝛ
bꝰ ē īcerta ergo ꝛ moꝛbꝰ ab eo pēdēs. ꝛ añs patebit ī
ꝯmēto. Similis ſnīa huic colligi pōt. xvi. cōtinētis
caꝰ ꝓmo ꝛ eſt utilis ī actu ꝓnoſtico. ꝛ ampliaī ad oēs
acutos moꝛbos ad ſalutē vl̄ ad moꝛtez terminandos.

Primo nō ꝑ moꝛbos acutos itelligēdū eē moꝛbos
magnos ſeuoꝝ accidētiū. ꝛ uelocis teriatiōis ita ꝙ ad
moꝛbū eſſe acutū. hec due ꝯditiones regrunī. ꝓma ē ſe
uitas accidēiiꝫ. ſecunda ē teriatiōis uelocitas. Et col
ligiī hec deſcriptio ī ꝯmēto. Et ab Aui. q̄rto ꝓma capꝰ
tertio uerſus finē qm̄ ñ ſufficit ad acuitatē ut ſit febꝛis
ſtatus ꝓximꝰ ymo ut ſit de egritudībꝰ habētibꝰ timo
reꝫ. Nota tm̄ ꝙ iſtaꝝ ꝯditionū ſecūda ē dependēs a ꝓ
ma qm̄ foꝛtia accidētia nō pōt uirtꝰ lōgo tp̄ꝛ tollerare
ymo oꝫ aut ut cito uīcat āt uīcaī ut colligiī gnto bꝰ cō
mento. vi. ſ. qcūqꝫ a thebano appbendūī ī quatuoꝛ die
bus pereūt. Z° nota ꝙ ꝑ moꝛbos cronicos itelligeī
debemꝰ moꝛbos lōge teriatiōis ut ſūt a. xl. die ultra
terminabiles quos cronicos qꝛ lōgos noīat. Cronos
enī grece latine tps. inde cronici moꝛbi. i. tēpoꝛales

Ex quo pōt colligi dīa īter cronicos moꝛbos ꝛ acu
tos moꝛbos. differt enī potiſſīe ī gnqꝫ. ꝓmo ex ꝑte ter
minatiōis. ſecūdo rōne difficultatis accidētiū. tertio ex
ꝑte diſpōnis materie qꝛ moꝛbi acuti mā ē fm plurimū
acuta calida. 4° ꝯñter ex ꝑte piculoſitatis. 5° ex ꝑte cer
titudinis uel incertitudīs ꝓnoſtici. ꝛ iſtā dīam ultimā
ſolū explicat in affo. Tertio nota. acutoꝝ moꝛboꝝ. q
dā ſūt ex toto moꝛtales. ut foꝛtis applīa apā coꝛdis ꝛc̄
Quidā indīnter ſe hñtes ad ſalutē vl̄ ad moꝛtē. ut cau
ſon. tertiana homotena. ꝛ hꝰi. Ad ꝓpoᵐ de ꝓmis. ñ
loquiī ypo. de talibꝰ. nāqꝫ ꝓnoſticatōes ſunt certiſſīe.

Quarto nota ꝙ aliqua mā. ut dictū eſt pōt cāre egri
tudinē acutā multipl̄z. ꝓmo rōne ſubtilitatis. caliditat
acuitatis. mobilitatis ſue. ut cauſonē faciēs. 2° merito
ſue quantitatis. ꝛ lꝫ ſit uirtꝰ foꝛtis. ꝛ mā ñ ſit multum
ꝑſſiua. tñ interficit ſuffocando ꝛ oppmēdo ut frequēteꝫ
flātica. tertō rōne ſitus uel loci ubi ꝯtineī. ut applīa. ſq
nātia. ꝑiplomonia. quarto merito occulte ꝑpetatis ſiue
uenenoſitatis. Ad ꝓpoſitū maxie eſt ſermo ypo. uerus
de facientibuſ egritudinē acutā. ꝓmo ꝛ ultīo modo

Quinto nota ꝙ ly oīo pōt hēre duplicē itellectū ꝑ
mꝰ ē ñ oīo. i. ñ ul̄z. ſ. ñ oīum moꝛboꝝ ꝛc̄. ꝛ iſte ſenſus ē
uerꝰ. 2° uero oīo. i. non penitus. qꝛ. ſ. ñ pfecte. ſed cum
timoꝛe. Ad oppoſitum certe ſunt huiuſmōi ꝓnūtiatōes
ꝛ iſte ſēſus iteꝝ uerꝰ ē iō ꝓcipiī a medicis fieri euacua
tionē qꝛ ſumꝰ īcerti utrū iſta mā digereī ul̄ ñ. Sexto
nota ꝙ ꝓnūciationes itelligēdas eē ꝓnoſticatioēs. q̄s
qñqꝫ preuiſiōes qñꝫ ꝓnūciationes ypo. appellare ꝯſue
uit hec aūt īcerte ſūt qꝛ cū mā a qua pēdēt buiꝰ ī mōbi
ſit ꝓrimū ca. ꝛ de mbro ad mbꝝ mobilis nō poſſumꝰ
cōfidē ſigno bono apparēti qꝛ forte illo non obſtante
ꝑmutabiī ad ꝓncipale ꝛ iterficiet. aut aliqō cābit ī aliq̄
mbro nocumtū ex quo ſequereī moꝛs. Ultīo nō no
tanter dictuꝫ eē ſalutis ꝛc̄. qꝛ ſigna alia certa eē poſſūt
ut lōgitudinis uel breuitatis.

Trū certiores ſint ꝓnoſticationes in cronicis
q̄ī ī acutis mōbis Arguiī ꝙ nō ml̄tipl̄z. ī aliqꝰ
acuto certiſſime ſunt ꝓnoſticatioēs. igiī q̄ſtio
falſa. ꝯña pꝫ ꝛ aſſᵐ de fōti appoīa. Secundo magis
ꝛ ꝑfectiꝰ aꝫ dominiū uirtutis ſupra mām ꝛ ccōtra ī acu
tis q̄ī ī cronicis igiī aſſᵐ arguiī qꝛ maiō ꝛ foꝛtiō ē co
nat. ꝛ ꝓgna uirtutis cōtra materiā ꝛ ecōtra ī acutis
q̄ī ī cronicis. igiī ꝛc̄. pone exᵐ de foꝛti ꝛ debili ꝓgna
ꝛc̄. ubi magis appet dominiū vtutis ſupra māꝫ ul̄ eō iᵗ
ꝛc̄. Cōfirmaī qꝛ ī quolꝫ moꝛbo acuto n aiꝰē domini
um vtutis ſupra māꝫ ul̄ ecōtra q̄ī ī cronico. igiī ī quo
libꝫ acuto facilꝰ arguiī huiuſmōi ꝛ ꝑ ꝯñs ꝛc̄. pꝫᴬ ꝛ aᵐ
arguiī qꝛ ucloci. terminaī glibꝫ acutꝰ q̄ī cronicꝰ. lꝫ fit
uelotior terminatio ubi ē maioꝛ ꝓꝓoꝛtio ul̄ dominiuꝫ
vtutis dominātis ad ſubdominātē māꝫ ul̄ eō igiī ꝛc̄.

Tertio minꝰ manifeſte diſtingūī ꝯtra ſe iuicez tēpa
ul̄ia ī moꝛbis cronicis q̄ī ī acutis igiī ꝛc̄. pꝫᴬ ꝛ aſſūptū
aī qꝛ tota latitudo diſpōnuꝫ in q̄libꝫ tp̄ꝛ uniuerſali cro
nici acgrenda ē maior q̄ī ī ſimili ī acuto coꝛrñdente iᵗ
ꝛc̄. Quarto eq̄ certa pñt eē ſigna ꝓnoſtica ī acutis
ſicut in cronicis ꝛ ecōtra igiī ꝛc̄. aſſᵐ ꝓbaī qꝛ equale
pōt eē dñiuꝫ vtutis ſupra māꝫ ꝑciſe iᵗ ꝛc̄. aᵐ ꝑ qꝛ pōt
eē maius ꝛ pōt eē miꝰiᵗ pōt eē cq̄le. Et ꝯfirmaī auto
ritate ypo. tertio ꝓnoſticoꝝ dicentis ſigna ꝓnoſtica in
inicijs diuturnoꝝ ſūt latētia. ī acutis uero ſūt cuidētio
ra. Itē ꝓnoſticoꝝ ſecūdo ꝙ ſi medicꝰ recte ſigna ꝯſide
rauerit ꝓnoſticoꝝ rectitudīe ionffenſe ꝓgrediī. Et
ꝓmo. ut ī ſingulis ualiditudinibꝰ preſētia ꝑterita ꝛ fu
tura cognoſcat. Ad oppoᵐ ē ypo. ī affo. ꝛ Hal. ī ꝯmē
to. Reſpōdendo ad hāc qōnez ꝓmo tangeī cōis mo
dus rñdendi ad q̄ſituꝫ. ſecundo rñdebo ut mihi appet
ꝓbabiliī reſpōdenduꝫ. Quātuꝫ ad ꝓmū abbꝛeuian
do hūc modū ſit hec ꝓma diſtīctio. ꝙ cū ꝯpamus ſigna
ꝓnoſtica acutoꝝ ſignis cronicoꝝ. uel compara
mus ſigna ꝓncipij ad ſigna ꝓncipij. uel ſigna ſtatus.
ad ſigna ſtatus ul̄ ꝓceſſum ad ꝓceſſum aut ecōtra

Z° ꝑmittūt ꝙ iſtoꝝ ſignoꝝ q̄dā ſignificāt moꝛboꝝ
lōgitudinē aut bꝛeuitatē. q̄dā ſalutē ul̄ moꝛtē ī ꝓpoſito
ē ſermo de ſigificātibꝰ ſalutē uel moꝛtē Tūc ſit pᴬ 2°
iſta ſigna ꝓnoſtica tā cronicoꝝ q̄ī acutoꝝ certiora ſūt
ī ſtatu q̄ī ī ꝓncipio. pꝫ qa magis manifeſtaī pugna. Se
cūda ꝯcl̄o eſt iſta ſigna ꝓnoſtica ī croīcis ī ꝓncipio ſūt
minꝰ certa q̄ī ī acutis ꝓbaī ſic. tūc valde occultaī pu
gna ī cronicis q̄ ī acutis. manifeſtaī ꝓpter pugne vehe
mētiā iō ꝛc̄. Et ꝑ iſta ꝯcl̄one vī autoritas ypo. ſupe
riꝰ allegata tertio ꝓnoſticoꝝ. Tertia 3° ē ꝟ ſigᴬ ꝓno
ſtiᴬ certiᴬſt ī croīcis ī ſtatu vl̄ uerſ ſtatū q̄ī ī ſtatu uel
uerſ ſtatū acutoꝝ ꝑbaī qa vtrobiqꝫ ē ſatis manifeſta
pugna ꝛ fixioꝛ ꝛ minꝰ mobilis eſt mā ī cronica ideo ꝛc̄
Et hāc ꝯcl̄onē voluit ypo. ī littera. Ex q̄ pōt colligi ali
us itellectꝰ illiꝰ partis nō oīo qa nō toto tempore moꝛ
bi ex iſto patet concordia ypo. tertio ꝓnoſticoꝝ. ꝛ hic

Quarta ꝯcl̄o ſeq̄ī ꝙ ēt ſūt certiora q̄ī ī ꝓncipio acu
toꝝ ꝑ ſimiliī ex dictis. Ego vo nō cōphēdo q̄re mi
nꝰ certa ē ꝓnoſticatio ī cronicis ī ꝓncipio ſtāte aliquo
rū ſignoꝝ cōphēſionē q̄ poſſūt eē ꝓnoſtica q̄ī ī acutis
Incertiſſimū enīz tūc vī iudiciū ī acutis ꝛ hic ꝑ ꝓnci
piū itelligo vnū de q̄tuoꝛ tēporibꝰ moꝛbi. Et ſi diciī ꝙ
pugna eſt euidēcioꝛ. dī ꝙ veꝝ eſt. ꝓnoſticatio tñ ex ea
ē īcertiſſima ideo ꝛc̄. Quātū ad ſecūdū articulū ſit
ꝓma diſtīctio iſta. ꝙ ꝑ ſigna ꝓnoſtica tā in acutis q̄ī in
cronicis ꝓnoſticari poſſumꝰ vl̄ de ſalute ꝛ morte vel
de lōgitudine ꝛ bꝛeuitate moꝛbi. q̄ aliter pōt poni ꝙ q̄
dā ſunt ꝓnoſtica ſalutis ul̄ moꝛtis. quedā uero diutur
nitatis uel bꝛeuitatis egritudīs. exᵐ ꝓmi ſicut digō ap
parens in urina. exᵐ ſcḃi ſic ſudoꝛ appens multus ī ꝓn
cipio. ꝛ ſic de alijs ſignificantibus mām multā uel tar
de digeſtibilē. Et quantū ad utrunqꝫ iſtoꝝ poſſumꝰ cō
pare ſigna ꝓnoſtica appentia tā in acutis q̄ī in cronicis

Zᴬ diſtinctio ꝙ ſigna adhuc ꝯpare poſſumꝰ adinui
eē uel in ꝓnᵒ. uel in alijs tp̄ꝛibꝰ ulīibus moꝛboꝝ. totū ſa
tis pꝫ. Tertia diſtinctio eſt hec ꝙ moꝛboꝝ acutoꝝ. q̄
dā ſunt ex toto gñe moꝛtales. quedā uero indīnter ad

salutē uel ad moztē terribiles·ex^m p̄mi· ut foztis appo
plesia·ex^m scōi ut causon·z huiusmōi· Quarta distī
ctio·q̄ mā faciens egritudinē acutā multipl'z pōt cē cā
egritudis acute·p̄mo rōne dispōnis q̄litatiue illius ma
teriei q̄ ad q̄litates maifestas·siē ē calitas z siccitas·acui
tas·z h^bi·2° rōe multitudis mē·sicut mā fra sua multi
tudine subito suffocās dr facere egritudinē acutā· ter
tio rōe loci in quo ǒtineī ipa mā siē mā faciens applīaz
4° rōne occulte maligne ,pp̄etatis· sicut mā faciens fe
brē pestilentialē· Tunc sit p^A suppō ista· q̄ mā faciēs
mozbū acutū rōne qualitatū suaz manifestaz· est mate
ria utplurimū ualde mobilis z ñ fixa·Econtra aūt ma
teria faciens cronicū·hec suppō satis pz·cū talis sit ma
teria calida·lenis·z acuta·nec solū dz intelligi mobilis
de loco ad locū·sed ēt qz ſm qualitates suas ē ualde ua
riabilis·ut·s·faciliter sit receptiua malignitatis z putre
dinis· Tertia suppō est hec·q̄ mobilitas mē incerti
ficat iudiciū q̄ iudicaī debem^ egritudinē eē salubrez l'
mōtalē·eō aūt fix°z īmobilitas mēi reddit iudi^m certū
z pmanēs· Tertia suppositio est q̄ aliud ē aliquod si
gnuz salutis aut mōtis z·eē certi^ ul' eē magis certuz
z aliud est ipm esse maifesti^·Stat cī aliqō signū eē ma
nifesti^ z tū q̄ per illō īcerti^ possum^ significare ut sat
patz itelligēti·Tūc sit hec p̄ma ǒ° signa ,pnostica nob
apparētia in mōbis acutis mōtalib^ ex toto genere sūt
certissia·pz cōcto talia enī sūt ifallibilia igīt z·Ex ista
ǒne sequīt q̄ īcertiora sūt signa pronostica salutis ul'
mortis i cronicis q̄ in acutis iā ex ǒne· Secūda ǒ°
p̄ncipalis ē hec·signa ,pnostica salutis ul' mortis appa
rētia i cronicis nō sūt necessario certiora·q̄ apparētia
in acutis rōne loci uel multitudis materie·pz qz si sic ℔
uidereī eē pp materiei mobilitatē maiozē eē in acutis.
sed hoc ñ est·cū talis materia sit uel possit eē fra grossa
sicut pz de appoplesia·spasmo·igīt z· Tertia ǒ° ē q̄
signa ,pnostica salutis uel moztis apparentia in acutis
a mā pue occulte malitie ,puenientibus sunt incertioza
q̄ signa ,pnostica z·in cronicis·pz hec ǒ° expimento·
Et colligīt ab Aui·quarta p̄mi ca·de febze pestilentiali

Quarta ǒ° p̄ncipalis est hec·signa p quc in acutis si
gnificare possumus longitudinē aut brcuitatem mozbi
certioza sunt in acutis z manifestioza q̄ in cronicis· pz
qz euidenter apparent in acutis accūtia uehementia cū
quib^ ñ posset uirt^ longo tpze pdurare qualia nō ap
parent in cronicis·ut pz·io z·ǒña nota· z a^m similiter.

Quinta ǒ° ,pbabiliter ponīt q̄ signa quecunqz p q̄
significare possum^ salutē uel moztē in cronicis·certio
ra sunt uel saltē min^ dubia q̄ silia sig^ i acutis appen
tia·p^r·qz significatū sup quo significamus p h^bi signa
i cronicis e min^ uariabile q̄ signific^m sr q̄ significa^ in a
cutis·igīt signū est certi^·pz^A z a^m similiter·qz materia
faciens mozbū acutū est magis de loco ad locū·z ad in
tensiorē gradū malitie facilius deduc bilis·io z·pz^A z
a^m similiter·Et p ista ǒclusione uī snia Gal·in cōmēto
istius affo·acutoz mozboz z·Et intelligīt hec ǒ° de e
gritudine acuta dependente a mā acuta·s·calida subti
li āt calida z sicca· Sexta ǒ°·q̄ lz ita sit.ut ponit ǒ p̄
cedens·In oib^ tñ egritudib^ acutis bñ manifestioza
sunt signa ,pnostica salutis uel moztis·q̄ in cronicis·pz
qz uehementioza sunt accña foztioz z uelotioz est actio
mē in mēbza z ipssio q̄ facit caloz nālis in materiā in a
cutis q̄ in cronicis·z pz^A cū añte· Septimā ǒc'onez
ponit quidā q̄ lz ita sit freq̄nti^ tñ ǒtingit errare i ,pno
sticādo i croicis q̄ i acut]·cois tñ rñsio ē·q̄ i p̄n° moz
bi signa apparentia in acutis sunt certioza· qz in croni
cis in p̄n° quasi ñ p̄cipit aliqua pugna uirtut] ǒ materi
am·z econtra pp materiā eē frīdā z paucoz accūtium·
In p̄n° tñ acute ē manifesta pugna·uñ tunc certi^ z me
lius ǒiecturare possum^ qd sit futuz· Sed in statu ero
nice manifestatur pugna·z cū hoc adest mē īmobilitas
qualis non reperitur in acutis iō z·ē· Ad ar^A p̄ncipa^A
Ad p̄^m pz quid sit dicendū· cum foztis appoplesia non
sit de indifferentibus ad termnū salutis l' moztis Ad
ſm dr ǒcedendo q̄ i acutis manifesti^ appet dominuz
z·ē·z negaī ǒña igīt sūt signa certioza sz solū segī illa fo
re manifestiora·Et similiē dr ad z^m·4^m z 5^m· Et ad
ul imū dr q̄ ineffense z·ē·qz·s·iudicabit recte sicut pōt
medic^ iudicare de mā incerta z sic de alijs·

Albuscū qz iuuenib^ existentib^ uen tres humidi sūt bis senescētibus exic cantur quibus cunqz iuuenibus uen tres sicci bis senioribus factis humectantur

Prima ǒclo isti^ affo·est ista· Quicūq; habent i
iuuētute vētres fluxibiles i senectute habet eos stipti
cos·Probaī sic·si i iuuētute adsūt cause fluxibilitatis
i senectute adsūt cause stipticitatis ut plurū igitur z·ē
ǒña nō·z añs declarat ǒmētatoz i ǒmēto·Nota p̄mo q̄
vētrē itelligi totā ǒcauitatē stōum z ītestina cōtinētez

Secūdo nota q̄ uētris stipticitas nō ē aliō q̄ tarda
z difficilis z adhuc pua egestionū expulsio ecōtra uero
ē uētris humiditas uel lubricitas· Tertio nota q̄ p
iuuenes i ,ppositio intelligē debem^ quescūq; añ etatē
senectutis· Et p senes oēs post etatē iuuentutis hoc
mō accepte· Quarto nota q̄ gnqz possum^ assignaī
cās fluxibilitatis uētris· Prima ē assūptio maioris
q̄titatis cibi q̄ sit necessaria causata a fozti appetitu ,p
pter frigiditatē stōi hoc enī stāte ep nō pōt cibi humi
daz ptez attrahere pfecte·Unde multa remāct i fecib^
z reddit feces molles z ex ǒñti uentrē lubricū· Z^A
cā pōt eē foztitudo expulsiue pp multā naturalez humi
ditatez stōi buiditas enī natural mbzi foztificat expul
siuaz z debilitat retentiuā ut hī ab Aui·p̄mo p̄ma doc·
de vtutib^· Tertia cā ē multitudo colere abradētis
uel abstergētis uiscera z stimulātis vtutez expulsiuam

Quarta est debilitas ǒtentiue ,pueniens a caliditate
z humiditate calitas enī cū buiditate liq̄facit materias
z reddit eas habiles expulsiōi· Quīta ca ē debilitas
vtutis attractie epis nō potentis pfecte buiditatez cbi
li aut totū cbilū a stō p meseraicas attrahere·uñ multe
ptes cbili regrunt i fecib^ nō attracte z sic reddunt fe
ces humide uel ligde z uenē fluxibil'· Quīto p̄ncipa
liter itelligendū ſm ǒmentatorez q̄ q̄tuoz p̄me cāe iam
dicte si repiant i iuuētute·i senectute pmutāt ad oppo
sitas cās respectu iuuētutis·pz discurendo p singulas
cās·Prima enīz cā q̄ ē assūptio nimie q̄titatis cibi per
mutaī qz in senectute frigiditas stōi p multū ampli^ au
geī·frigiditas aūt multū aucta deiicit appetitū·oīs enī
īmoderata discrasia deijcit actuz ,pp̄e vtutis· Scda
cā sil'z pmutaī qz stōus i iuuētute multū humid^ i sene
ctute exiccaī iō efficit stiptic^ respcū iuuētutis· Ter
tia cā etiā pmutaī qz si gñaī multitudo colere i iuuen
tute q̄ ē cā fluxibilitatis uētris cū talis multitudo cole
re i senectute deficiat pz z·ē· Quarta cā sil'z uariaī qz
taz caliditas q̄ buiditas nimia z·ē·exīs in iuuētute in
senectute temperaī z remittīt iō z·ē· Sexto p̄ncipal'z
nota q̄ quinta cā in senectute non permutatur sed po
ti^ augeī secūdū cōmētatorē puta debilitas attractiue
epis ,ppter multā frigiditatē iō vbi ,ppter hāc cām ha
beret iuuenis ventrez fluidū·nō hr̄t i senectute stipticū
sz poti^ magis·fluidū.Ex quo segtur hāc p̄mā ǒclusio
nē affo·ñ eē vniuēsaliē verā sz solū ut i plurib^ Sep
timo itelligēdū est vt p̄ma ǒclusio i p̄dictis q̄tuoz cau
sis habeat veritatē opoztet cetera esse pia i regimine
ǒueniēte eidē seni z iuueni secūdū omnes res nō nāles

ꝛ hoc ſat⁹ declarat ꝺmẽtatoꝛ.

Quibuſcunqz⁹

Secũda ꝺcluſio affo.c̃ iſta qcũqz ī iuuẽtute hñt uen tres ſiccos ſiue ſtipticos ī ſenectute vt plurimũ habẽt eos fluxibiles .ꝑbaᷓ ut plurimũ gbns accidũt cauſe ſtipticitatis ī iuuentute.accidũt cauſe fluxibilitatis in ſenectute.igiᷣ ꝛc̃.ꝺña manifeſta ꝛ aᵐ ꝺclarat ꝺmentatõ in ꝺmento.Nota ꝑmo ꝙ cãe ſtiptiticatis ꝑñt eẽ multe oppoſite cãis fluxibilitatis. Prima oppoſitas. ꝑme paucitas appetitᵒ cãta a calido.ſtoᵒ.n.multũ caliduſ de biliter appetit. Zᴬ cã eſt debilitas expulſiue ꝛ foꝛti tudo retentiue ſtoī pp ſiccitatẽ eius nãlẽ multã. Sicci tas.n.foꝛtificat retentiuã ꝛ debilitat expulſiuã. Ter tia cã eſt paucitas colere debentiſ abſtergere inteſtina ꝛ ſtimulare uirtutẽ expulſiuã. Quarta cã eſt debili tas expulſiue a frigiditate ꝛ ſiccitate ſtõi. reddit.n. fri giditas cũ ſiccitate mãs quaſi ꝺgelatas ꝛ expulſioni in habiles. Quinta cã eſt foꝛtitudo uirtutis attꝛactiue epĩs.pp qõ chilus a ſtõ pfecte attrahiᷣ ad epar.ꝛ tunc feces multũ exiccanᷣ pp abñtiã ptiũ humidaꝝ. Zᵒ nota ꝙ alique iſtaꝝ cãꝝ ſm ꝺmentatoꝛẽ pmutanᷣ in ſe nectute.ꝛ alique ñ.ꝑma.n.ꝑmutaᷓ que eſt debilitas ap petitus a multo calꝺ.remittiᷣ.n.caloꝛ in ſenectute ꝑpẽ qꝺ augeᷣ appetitᵒ.Zᴬ uẽo cã ꝑmutaᷓ.qz augeᷣ illa ſic citas ꝛ efficiᷣ diſpꝛoꝑtionata. ut poſt apparebit.

Tertia uero cã ñ mutaᷓ.ſed potiᵒ augeᷣ niſi foꝛte ꝑ accñs ꝑ quanto diminuta quantitas colere eſt a frĩdo ꝛ frigiditas eſt cã huĩtatis ꝛ fluxibilitatis. Quarta cã põt dici ẽt ꝑmutari qꝛ oĩs ĩmoderata qualitas deiꝝ cit actũ ꝑꝑe uirtutis Quinta ẽt cã ꝑmutaᷓ.ut ꝑz.Ex quib⁹ ꝑz ꝙ tã ꝑᴬ q̃ 2ᴬ ꝺ° affo.eſt ſolũ uera ut in pluri bus ſm ſñiam ꝺmentatoꝛis. Et ſil'is ſñia hẽtur ab Aui.tertio cano.fen.xvi.ca.'de fluxu uentris oĩum mõ doꝝ.Et põt ãpliari tã ad fluxibilitatẽ ĩteſtinoꝝ ꝛ ſtipti citatẽ q̃ ueſice ut ꝑz.Et eſt utilis ī actu ꝑnoſtico ut ꝑz ꝛ ẽt curatiuo.Scitur.n.qualiter ſm uarias etates uari ande ſunt medicine ſolutiue.ſũꝑa indicatõne a fluxibi litate ꝛ ſtipticitate uentris ꝛc̃.

Trũ uenter in iuuentute lubꝛicus ꝑp foꝛtem appetitũ a frigiditate cãtũ tꝑꝛe ſenectutis fiat ſtipticuſ.Arguiᷣ multipliiciter ꝙ ñ.ꝑᵒ ſic.qꝛ ſi ſic.hoc maxie foꝛet.qꝛ aduenĩente ſenectute augeᷣ fri giditas oꝛis ſtoī.uñ ꝑſterniᷣ appetitus.qꝛ oĩs ĩmodẽa ta qualitas ꝛc̃.Sed aᷓ ꝙ ñ.qꝛ aucta cã augeᷣ effectᵒ.iᵒ aucta frĩtate augeᷣ appetitᵒ. ꝑzᴬ ꝛ aᵐ.qꝛ ad eẽ cãe ſeqᷣ eẽ effectᵒ.igiᷣ ad eẽ maiᵒ cãe ſequr eẽ maiᵒ effectᵒ.

Itẽ quãto calidũ ẽ maiᵒ tãto maiorẽ ꝛ foꝛtiorẽ facit attractionẽ igiᷣ ꝛc̃.ꝑzᴬ ꝛ aſſᵐ.ꝑz cũ calꝺz ꝛ ſiccuz igneũ foꝛtiorẽ facit attractionẽ ut docet exꝑimẽtũ.Itẽ quãto huĩditaſ plᵒ maioꝛaᷓ tãto pl's foꝛtificaᷓ expulſiua eo ꝙ tãto plus debilitaᷓ retẽtiua ideo illõ fũdamẽtuz nõ uz.

Secũdo ad ꝑncipale ſic.ſi qõ eẽt uera ſeq̃reᷣ ꝙ ī ſtõ frigido poſſz cẽ appetitᵒ tẽpatus.ꝺñs falſũ.a ꝺpl'one.n. lapſa nõ ꝓuenit opõ tẽpata.ꝛ ꝺña ꝑbaᷓ qꝛ detur ſtõᵒ foꝛ.frũs a gradu itendẽte appetitũ ī iuuẽtute ꝛ ſigneᷣ gradᵒ frigiditatis ī foꝛ.remittẽs appetitũ reſpcũ tpati tꝑꝛ ſenectutis ex quo fiet foꝛtes ſtiptic' ꝛ ſit.b.ꝛ ſit ap petitᵒ tpati mediᵒ inter appetitũ cauſatũ ab a ꝛ b c.Et arguiᷣ ſic ꝑ ſucceſſiuã ꝛ ꝺtinuaz reſolutionẽ appetitus ꝓueniẽtis ab a tranſibiᷣ ad appetitũ remiſſiorẽ c appe titu ī foꝛ.igiᷣ ī Soꝛ.erit qñz appetitᵒ talis q̃lis c̃.c.ſz.c ẽ appetitᵒ tẽpatus igiᷣ ꝛc̃.tota ꝺña uideᷣ patere cũ añte

Tertio ad ꝑncipale arguiᷣ ſic qualecũqz ẽ aliqꝺ cõ pus ul' aliqꝺ mẽbꝛuz tꝑꝛ iuuẽtutiſ reſpectu tpati ī eadẽ etate tale eſt illud reſpectu tẽperati ſenis in ſenectute naturali ꝺplexione ſeruata.igiᷣ qualiſcũqz ẽ ſtomachᵒ frigidᵒ ī iuuentute reſpectu tẽperati talis ẽ in ſenectu te reſpectu eiuſdẽ.ſz in iuuẽtute erat ĩtẽſius appetens q̃ tẽperatᵒ igiᷣ ꝛc̃.Similiᷣ ga q̃lis eſt habitudo tẽpa mẽtoꝝ ꝛ mẽbꝛoꝝ ĩter ſe talis ẽ habitudo operatõnũ ſz tẽperamẽti frigidi ſtõi ad tẽpamẽtũ tẽperati ī ſenectute eſt eadẽ habitudo q̃ ī iuuẽtute igiᷣ ſilꝛ ꝛ operationũ ꝛ ꝑ ꝺñs ꝛc̃.Et ꝑ ſimile argumẽtũ deduceᷣ ꝙ venter ſtip ticus ꝓpter caliditatez ī iuuentute nõ fiet humidus ī ſenectute vt pz ĩtelligẽti Quarto ad ꝑncipale ſigneᷣ to^ᴬ latitudo frigiditatis potẽs facere appetitũ ĩtẽſiorẽ temperato ꝛ ſit a duoꝝ graduũ ꝛ tota latitudo ipſũ re mitens q̃ ſit.b.ꝛ ĩcipiat a gradu ſicut duo ꝛ terminᷣ ad q̃tuoꝛ ꝛ arguiᷣ ſic.poſſibile ẽ ſtomachũ ſenĩs hr̃e fri giditatẽ excedẽtẽ latitudinẽ a hoc poſito ſequereᷣ ꝛc̃. ꝑz ꝺña ꝛ aſſᵐ ga põt dari ſtomachᵒ ſenis q vltra a eſt frigidioꝝ tẽperato igiᷣ dabiᷣ ſenex cuiᵒ ſtomachᵒ erit frigidoꝝ intra latitudiẽz a ꝑeiſe.ſz illo poſito ñ erit uẽ ter ſtiptic⁹ ſz lubricᵒ igiᷣ ꝛc̃.Et ꝑ idẽ uel ſimile poſſet deduci ī ſene poſſe fieri appetitũ intẽſiorem. Quĩto ga ſẽp ſup frigiditatẽ ſtõachi ſignificareᵒ ꝑ foꝛtitudinẽ appetitᵒ vt vult Hali.ſcõo tractatu tegni in q̃cũqz cta te ponit igiᷣ ꝛc̃. Sexto ſi.ſomachᵒ ẽ ī iuuẽtute frũs vnde vẽter efficiᷣ fluxibilis ꝛ ſtõus frũs cibũ male di gerit.igiᷣ ī ſenectute adhuc ꝺcterioꝛ erit digeſtio.ſed mala ꝛ ꝺminuta digeſtio eſt cã fluxibilitatis vẽtriſ.igi tur adhuc fiet uenẽ fluxibilis ī ſenectute ꝛ ꝑ ꝺſequẽſ ꝛc̃.tota ꝺſequẽtia ẽ nõ ꝛ aſſũptũ ſimiliᷣ. Septio ga cum frigiditate ſtõi ſtat etiam ſiccitas mgna ipſius et inteſtinorum que eſt cauſa ſtipticitatis ꝛc̃.Et per idez cum eius frigiditate ſtat ẽt humiditas igitur ꝛc̃. Ad oppᵐ ẽ exꝑſſe Ha.ī lr̃a ī ꝺm̃to all'ato. Jn iſta q̃e erũt duo articuli in ꝑmo ꝑmittã q̃dã ꝑãbula notabilia diſti ctiones ꝛ ſuppõnes.2° ponã ꝺcluſiones rñſiuas de q̃ſi to. Quantũ ad ꝑᵐ ſit hec ꝑma diſtinctio.ꝙ coꝛᵒ qꝺ in etate iuuentutiſ hz uentrẽ fluidũ hẽze ipm in ſenectu te ſtipticũ.põt duplꝛ intelligi.ꝑmo ꝙ hẽat eũ ſtipticũ ī ꝺpatione ad ſeipſum in tꝑꝛ iuuentutis.2°ꝙ hẽat eũ ſti pticũ in ꝺpatione ad ſenẽ tpatũ.ꝛ eᵒ uuenẽ ſtipticũ.in ſenectute fluidũ.põt duplꝛ intelligi.ut ſtatim dictũ eſt.

Zᴬ diſtinctio ꝺſil'is põt pom.ꝙ cũ dicimus in iuuẽ tute uentrẽ ſtipticũ eẽ uel fluxibilẽ. poſſumᵒ hoc intel ligere uel in ꝺpatõe ad coꝛᵒ tpatũ.uel in ꝺpatione ad ſe ipm in alijs etatibᵒ. Tertia diſtinctio eſt ꝙ uentrẽ in iuuentute ſtipticũ uel lubꝛicũ poſſumᵒ ymaginari ꝑmu tari ad oppoſitã qualitatẽ.uel ex decurſu etatũ. ita ut e tatis mutatio ſit illiᵒ mutationis cã.uel ꝑ mutatõz ſa ctã ī aᵒ l' ī alijs coꝛꝑoꝛi approxiatis. Jn ꝓpoſito eſt ſer mo de mutatõe.ꝑmo ꝛ ñ 2°° ꝺſequente.ꝛ hãc diſtincti onẽ inuit ꝺmentoꝛ in ꝺmento allegato ad ꝑncipium

Tũc ſit ꝑma ſuppõ ꝙ qñcũqz cauſe ꝺrioꝝ ꝓductiue ad actionẽ eque potẽter cõcurrũt ꝓducũt effectũ meᵐ eque diſtãtẽ ab extrẽis.ꝑz agũt eni effectũ nõ magis ad unã q̃ ad alterã cãꝝ declinãtẽ igiᷣ ꝛc̃.ꝑz ꝺña ꝛ aſſᵐ ſi militer. Secũda ſuppoſitio ꝙ huiᵒi cãis ꝺrijs ſimᷣ cõcurrẽtibᵒ ī eque potẽter ita ut quelibz agat aligd ad effectũ ꝓducẽdũ.ꝓduciᷣ effectᵒ ad unũ extrẽoꝝ decli nãs hoc ſatis maiſeſtuz eſt. Tertia ſuppõ eſt ꝙ aia ad quãlibz operationẽ ſuã oꝛganicã limitat ſibi certam menſurã qualitatũ a qua qualꝛcunqz fiat receſſus illa operatio oꝛganica ĩpficiᷣ.ymo tantᵒ põt eẽ receſſus.ꝙ oĩo iſta opatõ auferᷣ.ñ.n.cũ qualz menſura caloꝛis q̃ᵐ cunqz intenſa uel remiſſa põt coĩter fieꝛi nutrimenti di geſtio.ꝛ ſic de alijs.Ex quo ſtatim ſequiᷣ ꝙ ad actũ ap petendi requirit aĩa certã mẽſurã caliditatis.igiᷣ ꝛc̃

Quarta ſuppõ eſt ꝙ ꝑ aliquã friditatẽ ĩtenſioꝛẽ q̃ in ſtõ tpato.põt in ſtõ aliquo fieri appetitᵒ intenſioꝝ.ꝛ ꝑ aliquã remiſſioꝝ.ꝑz pᴬ ps de mente oĩum autoꝝ .ſilꝛ qꝛ ab appetitu tpato põt fieri receſſus ſm plus appetẽ

ꝛ minus. sed ꝑm caꝫm fit appetitus ſp minor ꝛ remiſſiõ
q̃ in tpato. igit̃ p frit̃atẽ aliquã intenſiorẽ fiet appetituſ
intenſior ſiłz p aliuqã remiſſior. Si. n. p aliquã frit̃atem
põt appetit⁹ totałz auferri p aliquã põt remitti. ꝑus. n.
neceſſario remittitur actio q̃ ipa totałz auferatur.

Quinta ſuppõ q̃ ad hoc ut aliqua opatio dicatur tẽ
perata. ñ ſufficit ipam eſſe equalez in gradu opationi ꝑ
uenienti in corpore tpato. ſed requiritur ipam ad cor⁹.
in quo cãtur hr̃e debitã ꝯuenientiã ꝛ hitudinez. uerbi
gr̃a. ſi tm̃ de cibo ſũmeret cor⁹ melancolicũ ſicut tpam
ñ pp hoc dicerem⁹ hanc cibi aſſũptiõem fore tpataz. qz
ꝛ ſi foret equalis in gradu aſſũptioni cibi tpati. ñ tm̃ pp
hoc eſſet melico cibus ꝯueniens neq̃z digiue ꝓportio
natus. Quantuz ad ꝑm ſit hec ꝓma ꝯ°. q̃ ſtante ꝓma
cã fluxibilitatis poſſibile eſt uentrez eſſe ſtipticũ ſimr
poſſibile eſt ipm fore fluxibilez. ꝛ adhuc mediũ inr̃ flu
xibilez ꝛ ſtipticũ reſpectu tpati. hec ꝯ° ꝑr ꝓmo ꝓA ps.
qz cũ ꝓma cã põt ꝯcurrere cauſa fortior in ſtipticando
q̃ ſit illa pA in lubꝛicando. igr ꝛc̃. pzA ꝛ am. qz põt eſſe ī
teſtinoꝝ ſiccitas ꝛ ſtoī fortis retentõ. aut epis calitas.
igitur ꝛc̃. 2A ps ſimiliter pz. qz põt eſſe q̃ huic cauſe ñ
ꝯiungatur aliqua cauſa ſibi repugnans aut reſiſtens in
lubꝛicando. igitur ꝛc̃. pzA ꝛ am ſimiliter. tertia ps ſimi
liter pz. qz cũ ꝓma cã põt ꝯcurrere cã inductiua ſtipti
citatis eqpotenter. ſed hoc poſito gñabir̃ effect⁹ medi⁹
ꝑ ꝓmã ſuppõem. igitur ꝛc̃. ꝯña pz cũ añte. Ex iſta ꝯ°
ne ſeqtur ꝓmo q̃ ñ quilz uenter eſt lubꝛic⁹ ſtipticus uł
tpatus. talis. n. in q̃ eſt b⁹i opatio media eſt huiuſmõi.
ut pz intelligenti. igit̃ ꝛc̃. ZA ꝯ° eſt. q̃ ſp deductis ī
pedimentis. ꝓma cã. ſ. intenſio appetit⁹ uentrẽ facit lu
bricũ. Et iſtam concluſionem intellexit Galienus. ꝛ po
teſt ꝓbari ſicut eam ꝓbat Galienuſ in lr̃a Tertia
ꝯ° ꝑncipalis eſt. q̃ poſſe eſt a frit̃ate ozis ſtoī cãri appe
titũ p̃ciſe tante intenſionis q̃te eſt appetit⁹ tpati ſtoī. h
ꝯ° ꝑr ꝑ unã ſuppõem ſupius poſitã. qz põt a frit̃ate in
tenſa aliquãtulũ augeri appetit⁹ magiſ q̃ ſit ī tpato cõ
porẽ. ꝛ põt adhuc fieri minor. qz põt totałz auferri. igi
tur põt fieri p̃ciſe tant⁹ ſicut in tpato. tota ꝯña cũ añte
pz Ex q̃ ſeqtur ꝓmo q̃ in ſtõ repire poſſumus men
ſuras tres frit̃atis. cũ q̃z una ſit in ſtõ appetitus ſp itẽ
ſior. cũ alia remiſſior q̃ in tpato. ꝛ mediũ inter has cuz
qua fit uel cãtur appetitus in gradu equalis appetitui
tpati Sequir̃ 2° q̃ ñ a qualz ꝯplexione ozis ſtoī gra
dualiter lapſa a tpato ꝓueniat opatõ gradualiter lapſa.
Sequir̃ tertio q̃ aliqs eſt appetit⁹. q ñ eſt a tpamento
gradualiter recedens. ut pz. ꝛ tm̃ ñ eſt tpatus. ꝛ q̃ ñ ſit
tpatus pz. qz ñ eſt ꝓportionat⁹ digiue. ſed multo maiõ
ẽt ñ eſt equalis obiecti. ut pz. igit̃ ꝛc̃. Quarto ſeqtur
q̃ ñ ſp ſr̃ frit̃atez ſtoī ſignificare poſſumus p ſigm ſũ
ptũ ab intenſione appetitus. Quinto ſeqtur q̃ ñ ſẽ
per frit̃as ozis ſtoī reperta ī tpr iuuentutis cãt uẽtrem
fluxibilẽ. qz ñ ſp fr̃ẽ appetitũ itenſũ uel intenſiorẽ tem
perato. q̃ ñ faciet fluxibilitatẽ uentris ꝓpr̃ ꝓmam cãm
q̃ eſt appetitus itenſior reſpectũ digeſtiue ꝛ plura alia ex
his ꝯcludi pñt ut pz ex dictis. Segtur etiã ex tertia
ꝯ°ne q̃ nõ q̃lis eſt ꝓportio gradualis. tpamentoꝝ iter
ſe talis eſt ꝓportio opõnuz Ex quo ſeqr̃ nõ uł iter ta
lez eſſe ꝓportionẽ effectuũ q̃lis eſt ꝓportio cauſaꝝ.

Ex quo ulteri⁹ ſeqr̃ q̃ ſtat aliquã actionez tpate acti
oni ꝯtinue gradualir̃ fieri ꝓpingoꝝ ꝛ tm̃ ipſam fieri ꝯti
nue deteriorez ut appetit⁹ p itenſionez frigiditatis ozis
ſtõi pdens exceſſuz igit̃ ꝛc̃. Quarta ꝯ° ꝑncipalis eſt
q̃ nõ ſp hñs uentrez fluxibilez tpr iuuentutis p ꝓmam
cauſaz hñt ipm ſtipticũ tpr ſenectutis reſpectũ tpati uel
adhuc reſpectũ iuuentutis hec ꝯ° declaratur qz poſſibi
le eſt tpr iuuentutiſ ſtante frit̃idate ozis ſtõi tpr ſenectu
tis aduenire p̃ciſe ad m̃ſuraz frigitatis gradualez cuz q̃
ſtat appetit⁹ itenſio igit̃ ꝯ° uera. pzA ꝛ am deducit ḡrtũ
ꝑncipale tactũ añ oppom. igit̃ ꝛc̃. ꝛ itelligitur hec ꝯcłio
adhuc deducto ipedim̃to ꝯtrariaꝝ cauſaꝝ habentium
ſtipticare. Quita ꝯ° ꝑncipał ẽ hec poſſe ẽ ex ſcla eta
tis mutatiõe ad bonũ itellectũ q̃ hñs uẽtrez fluxibilez
tpr iuuẽtutis habeat ipz ſtipticũ tpr ſenectutis ꝓbatur
qr poſſibile ẽ tpr iuuentutis os ſtõi fore frũz frit̃ate tã
ta q̃ ſi ulterius itenderẽ illa frr̃iditas appetit⁹ dimiuu
eret̃ igit̃ ꝯtingẽt ẽ illã frigiditatẽ tpr ſenectutis tm̃ itẽ
di. ymo ut pr̃uz ſic ꝯtingit q̃ ī ſenectute ualde deiicit̃
appetit⁹ uũ ita modica q̃titas cibi aſſũir̃ q̃ ex inde ſe
quir̃ uẽtris ſtipticitas. Ex quo ſeqr̃ q̃ i hoc corpe ẽ
qñz appetit⁹ tant⁹ ſicut ī tpatuz ī gradu. Similes pñt
poni ꝯ°nes de ſtipticitate repta tpr iuuẽtutis ꝓp calidi
tatez exñtez ī ore ſtõi hoc excepto q̃ ꝑ ꝓceſſũ etatũ nũ
q̃ tm̃ intenderẽ appetit⁹ ī hoc corpe q̃ fiat tant⁹ ſicut
ī tpato ita q̃ ſp manebit hoc corpus calidũ reſpectũ tpa
ti niſi ponerem⁹ hoc corp⁹ ualde calidũ eẽ ꝛ ſiccũ. Uñ
ꝑ decidẽtiã tpr ſenectutis fieret melancolicũ ī quo cãu
ꝓbabłz ꝯcedi poſſz q̃ ī ſenectute erit ī tali corpe appe
tit⁹ itenſior factus nõ ſolũ reſpectũ tẽporis iuuẽtutis ſz
ẽt reſpectũ tẽperati corpis. Ad argumẽta ꝑncipalia ad
ꝓmuz dr̃ ꝯcedẽdo illõ ꝓp cãz tactaz ī argumẽto ꝛ dicir̃
ulteri⁹ q̃ illa ꝓpoſitio nõ ẽ uł iter uera. niſi forte ad iſtũ
itellectũ q̃ cã ꝓductiua effect⁹ facta potentiori ad effe
ctuz ꝓducendũ augeẽ effect⁹ qõ nõ ꝯtingit in ꝓpoſito
qr nõ fit cauſa potentior. ſz ibecilior ad effectuz ꝓducẽ
duz poſſz ẽt dici illã ꝓpoſitionẽ hr̃e ueritatẽ ī effectib⁹
nõ regrentib⁹ ad ſuã ꝓductionẽ certã ꝛ determinatam
mẽſurã agẽtis qualz nõ eſt ī ꝓpoſito. Ad ꝓmaz ꝯfirma
